

commissum. Paruerunt etiam illi decreto studentes baccalaurei huiusmodi facinoris conscii et authores.

Anno etc. duodecimo fere in media hyeme iterum unus baccalaureorum legendi auctoritatem sibi usurpavit. Fuit ergo per decanum et totam facultatem prohibitus. Fuit etiam tunc assentientibus omnibus magistris de facultate et approbantibus confectum statutum contra baccalaureos, studentes et exoticos legentes, quibus minime liceret. Estque statutum tale scriptum in librum statutorum in fineque annexum¹⁾.

Anno etc. tertio decimo Sabato post Misericordia domini dns. dr. Martinus Meyendorn April 16. ex Hirschberg dedit novem antiquas sexagenas, quas dare debuisset in prepositura sua, quam administravit, anno enim undecimo, super pecunia mutua data a facultate artium dominis salariatis²⁾.

Anno eodem in profesto Pasche dns. dr. Sixtus Pfeffer ex Werdea dedit viginti quinque März 26. flor. in auro aut equibollente — nam pro singulo floreno dedit viginti duos gr. — super pecunia illi mutuo data a facultate artium³⁾.

Anno eodem in Quadragesima civis Iacobus Thurca dedit decem flor. ob census Febr. 9. retardatos, licet triginta tunc dare debuisset.

Stephanus Apt ex Hirschbruck et Ioannes Sûs ex Sulzbach baccalaurei dispensationem obtinuerunt super non completionem biennii anno eodem. *

Preterea⁴⁾ Ioannes Rinck ex Denstadt sub magistratu Tuberini neque determinavit neque signetum redemit. Qualis proinde sit, facile est coniectare: citra enim decani assensum factitavit.

1513 Sommersemester. 208. Decan Iohannes Rogge von Braunschweig.

M 221'.
C 60. Decanatus⁵⁾ magistri Ioannis Rogghen de Brunsvick nationis Saxonum anno millesimo quingentesimo decimo tertio. Anno domini millesimo quingentesimo decimo tertio Sabbato ante diem Georgii, que fuit decima sexta dies mensis Aprilis, electus April 16. fuit in decanum facultatis artium magister Ioannes Rogghe de Brunsvick de natione Saxonum, sub cuius decanatu subscripti electi sunt officiales:

Clavigeri mgr. { Nicolaus Apel de Konigshoffenn } de natione { Bavarorum
Arnoldus Wöstefeldt de Lindaw } Saxonum.

Executores et
visitatores mgr. { Nicolaus Czeler Wratislaviensis } electores { Polonus
Nicolaus Apel de Konigshoffen } decani { Bavarus
Laurentius Helbigk Fribergensis, } Misnensis
in cuius locum per sortem successit mgr. Sebastianus Sibart de Muchel, quia alter recessit,
Ioannes Rogghe Brunswickezensis decanus.

Lectores eiusdem temporis in libro papireo invenientur scripti.

¹⁾ Zarncke, Statutenb. S. 509. ²⁾ Dazu am Rande collega collegii maioris. ³⁾ Dazu von anderer Hand am Rande collega collegii principis. ⁴⁾ Dieser Abschnitt fehlt in C. ⁵⁾ In M Lücke für die Initiale gelassen, aber nicht ausgefüllt